

Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Francisci Arias, Societatis Iesv Theologi, De Oratione
Mentali Et Mysteriorvm Vitae D.N. Iesv Christi &
benedictae Matris eius meditatione**

Arias, Francisco

Coloniae Agrippinae, 1616

VII. De quibusda[m] diuersarum superstitionu[m] peccatis, quæ sæpè non cognoscuntur, & ex ignora[n]tia culpabili non manifestantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48934](#)

COMMUNIONE.

III

tra creditorum voluntatem iniuste re-
tinetur; quando secrete confederatio-
nes vel monoplia instituuntur, cum
emotoribus in damnum vendentium,
vel cum vendentibus in emporum
detrimentū conspirando; aut cū in bo-
norū publicorum distributione ali-
quis à contributionibus & oneribus,
ob fauorem & amicitiam eximitur, v-
nus grauatur, alter subleuatur; aut cūm
res aliqua à pueris vel alijs emitur, vel
lusū acquiritur, qui nullam vendendi
vel alienandi potestatē habent; cūm
fideliter & quām primū fieri potest,
testamenta executioni non traduntur;
bona pupillorum & minorennum
commissa malē expenduntur; iniusta
causae sustinentur, & in dubijs non la-
boratur, vt æquitas causæ cognosca-
tur, bona cum intentione non inquiri-
tur, qui veram iustitiam manifestet, ne
alijs molestus sit.

CAPVT VII.

De quib[us]dam diuersarum superstitionum
peccatis, que sepe non cognoscuntur, &
ex ignorantia culpabili non
manifestantur.

In grauioribus peccatis, quorum ma-
litia parū hominibus cognita est, di-
versū

uersi superstitionum modi numerari possunt: uti est quibusdam superstitionis rationibus præterita, furtiva videlicet vel alia crimina aut scelera occulta, vel cogitationes cordium scrutatura quæ nullo modo naturalia sunt, sed à libero hominum arbitrio dependent; vel fortuitos rerū euētus, ad quos quædam liberæ hominum actiones necessariae sunt, id est, matrimoniorum acquisitione vel iactura, aduentus alicuius vel discessus, fortunæ vel a uersitatis progressus, quod aliquis a talem locum iturus trucidabitur, vel lapide obruetur, nauigando tale flumē submergetur, & similia multa indagare, quæ solum Deus cognoscere potest, vbi homo per signa cœlestia, lineas, vel dispositionem manuum, somnia, sonores, auium cantus, corporis humani motus vel huiusmodi modos scire desiderat; sanitatis integratatem, vel contra aliquod vulnus medicinam, rursum tantum verborum prolatione, aut signorum talium efformatione, vel alicuius sepulturæ, aut simili rerum apud se conseruatione expectare, quæ nullam ad hoc virtutem naturalem habent, neque in hunc finem a Deo ordinatae sunt: Similiter benedictio

Deut. c. 18.

Ex. c. 19.

Oncil. Trid.

ff 22.

Iug. de doct.

christ. l. 2. c.

l. 22.

e ciuit. li. 5.

sque ad 6.

7. c. 10.

Amb. in Ex-

m. li. 4. c. 4.

TI
numeris
upersticio
a videlicat
a occulta
erutantur
ralia sunt
tio depe
us, ad quo
e actiones
non iacto
aduenimus
næ vel ad
aliquis ad
icitur, vel
tale flum
ca indaga
ere potest
lineas, vel
nnia, so
s humani
scire de
i, vel con
m, quo
prolactio
ormatio
it simili
expecta
em natu
finem a
benedic
dis

COMMUNIONE: 113

etis rebus vti, omnem earum vim cir-
cumstantijs aut vanis cærimonijis, quæ
nec prosunt, nec obsunt ascribendo;
vt ad temporalia bona à Deo obtinēda
talia verba vel orationes & non alias
in certo numero, & ne quidem maiorē
aut minori, tali die, & non alijs, cum tot
cadelis, tali forma & colore factis, si-
milibusque nullius aut exigui valoris
rebus recitare, quibus orationis effectū
attribuunt & non deuotioni & spiritui
quibus preces fiunt, nec diuinæ prouiden-
tiae quæ hominum necessitates
magis, vti oportet, ad suum honorem,
animarumque salutem dirigit. Ad has
& similis superstitiones, multi ex i-
gnorantia culpabili perueniunt, arbi-
trantes culpam aut nullam, aut leuem
esse, quæ tamen valde grauis est, & se-
uerè à sacra Scriptura sanctisque Patri- D.Th. I.p q.
bus reprehenditur. Imò à sacris etiam 215.a.3. & 2.
canonibus damnatur, tanquam id vbi 2.9.95. ar. 5.
clam fœdus cum diabolo initur, & & 96. ar. 2.
communiter accedit, vt animas cir. & 4.
cumueniat.

Sic S. Papa Sixtus V. omnes vanas Sixtus V. in
has scientias non ita pridem condem- proprio mo-
nauit, atque maximis poenis proposi- tu.
tis earum usum his verbis prohibuit:
excepta scientia quæ de futuris natu-

ra-

114 DE FREQUENTI

ralium virtutum affectibus, omnes
liæ quæ rerum futurarum, vel fortu-
tò, vel per accidens contingētum sc̄i-
tiam profitentur falsæ, vanæ, & pem-
tiosis dæmonum temptationibus, quile
occultè his rebus immiscent, subiecta
sunt. Itaque Astrologi, & Planetarum
inspectores per futilem stellarum ge-
neris & nativitatis hominum sc̄i-
tiam profitentur, & se de statu & via-
di modo, quem homo tenebit, & de-
psius honore, diuitijs, filijs, sanita-
morte, profectione, inimicitijs, vince-
lis, & alijs cunctibus fortuitis, bonis
vel malis, iudicare, & quedam pro cer-
to affirmare posse iactant; Deum
grauiiter offendunt, decipiuntur, alio-
que in errorem adducunt. Similiter o-
mnes alij qui huiusmodi artificiis, se
creta & futura ex signis in manibus, a-
qua, aere, igne, animalibus, sortilegiis
vel alijs similibus iudicijs penetrant
volunt, homines vani, leues, curiosi, à
communione Dei remoti sunt; & que-
cunque virorum aut mulierum talia
ex ipsis sc̄iscitantur & credunt, votum
in Baptismo emissum violant, & con-
terea, quod non solum has artes prohibi-
beat, mandans, ut ijs yentes punian-

tur, qui
euentu
simplic
dine ta
sunt S.
Prælati
pit, v
tant,
bros, e
nem ce
Deprec
uibus

L
peccat
ferre p
est, lue
vlla ci
quaqu
condi
ci pos
re &
inter
anim
termi
assum

NTI
omnes-
vel som-
tium scie-
, & penit-
bus, quie-
, subiecta
anetarum
larum g-
um fac-
tu & via-
oit, & de-
, sanitate
tijis, vince-
itis, boni-
m pro ce-
; Deut-
ntur, alio-
similiter o-
ificijs, &
anibus, &
sortilegio-
penetrati-
, curiosi-
nt; & que-
rum talia
it, votum
, & com-
redit pra-
tes prohibi-
s punian-
wh

COMMUNIONE. 118

tur, quando hominibus non solum res
euenturas esse pollicentur ; sed etiam
simpliciter & absqueulla alia certitu-
dine tali modo futuras affirmant. Hæc
sunt S. Pattris nostri verba , qui supra
Prælatis & fidei Inquisitoribus præci-
pit , vt in tales grauiter animaduer-
tant , defendantes insuper omnes li-
bos, eiusmodi scientiarum tractatio-
nem continentest.

CAPVT VIII.

De peccatis quæ lusu committuntur, & de la-
ubus ac noxijs rebus, quas plurimi ex i-
gnorantia culpabili incidentur.

LVdum cartarum , taxillorum , a-
learum , & similiū rerum , quæ
fortunæ tribuantur , in horum
peccatorum ordinem & numerum re-
ferre poterimus. Et quidem notandum
est, ludum per se , & simpliciter , absque D. Th. 2. p. 4.
ulla circumstantia consideratum ne. 168. 4. 8.
quaquam peccatum esse , ita vt bonis
conditionibus affectus in ysum dedu-
ci possit , quādo videlicet aliquis labo-
re & honestis occupationibus fessus ,
interdum ludum aliquem licitum , ad
animum recreandum & statim ad in-
termissum opus virtutis redeundum
assumit ; taliter vt nec malum ali-
quod